

# GC CRISPI

SALVSTII LIBER, DE CON

iuratione Catilinæ.



Mneis homines, qui stus Propositio,  
dent sese præstare cæteris ab officio ho  
animantibus, summa ope minis.  
niti decet, ne uitam silen-  
tio + transeant, ueluti peco  
ra, quæ natura prona, atq;  
uentri obedientia finxit. + trāsigant.  
Sed omnis nostra uis, in  
animo & corpore sita est. Animi imperio, corporis \* Duo eī su-  
seruitio magis utimur. Alterum nobis cum Dijs, al= mus, alter  
terum commune cum belluis est. Quo mihi rectius imperet, al-  
esse uidetur, ingenij, quam uirium opibus gloriā ter pareat.  
Cicero 2.  
querere: & quoniam uita ipsa, qua fruimur, breuis Thuscula.  
est, memoriam nostri quam maxime longam effice-  
re. Nam diuitiarum, & formæ gloria, fluxa, atque  
fragilis. Virtus clara æternaq; habetur. Sed diu ma= Amplificat  
gnum inter mortaleis certamen fuit, ui ne corporis, ab exēplis  
an uirtute animi res magis militaris procederet. Hæc sentētia  
Nam & priusquam incipias, consulto: & ubi consu- nis est.  
lueris, mature facto opus est. Ita utrumq; per se indi  
gens, alterum alterius auxilio eget. Igitur initio Re \* Titus Liui  
ges (nam in terris nomen imperij id primum fuit) di ab urbe con  
uersi, pars ingenium, alijs corpus exercebant. Etiam  
dita.

A tum

Imperia un- tum uita hominum sine cupiditate agitabatur. Sua  
de.

cuiq; satis placebant. Postea uero quam in Asia Cy-  
rus, in Græcia Lacedæmonij, & Athenienses cœpe-  
re urbeis, atq; nationes subigere: libidinem domi-  
nandi caussam belli habere, maximam gloriam in ma-  
ximo imperio putare. Tum demum periculo atq; ne  
gotijs compertum est in bello plurimum ingenium  
posse. Quod si regum, atq; imperatorum animi uir-  
tus, in pace ita, ut bello ualeret, æquabilius, atq; con-  
stantius se se res humanæ haberet: neq; aliud alio fir-  
ri, neq; mutari, ac misceri omnia cerneret. Nam im-  
periū facile his artibus retinetur, quibus initio pars-  
tum est. Verum ubi pro labore desidia, pro continen-  
tia & æquitate libido atque superbia inuasere, for-  
tuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium  
semper ad optimum quenq; à minus bono transfer-  
tur. Quæ homines arant, nauigant, ædificant, uirtu-  
tē uōluptati omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri,  
atq; somno, indocti, incultiq; uitam sicuti peregrinā-  
tes transegere. quibus profecto contra naturam cor-  
pus uoluptati, anima oneri fuit. Eorū uitam ego mor-

Inuersio. temq; iuxta aestimo, quoniam de utraq; filetur. Verū  
enimuero is mihi uiuere demum, atq; frui anima ui-  
detur, qui aliquo negotio intentus, præclari facino-

Tertiū exemplum à lite-  
ris, aut artis bone famam quærerit. Sed in magna co-  
ris, atq; ita di pia rerum, aliud alij natura iter ostendit. Pulchrum  
greditur ad est benefacere Reip. Etiam benedicere haud absur-  
institutum dum est, uel pace, uel bello clarum fieri licet, & qui  
suum.

fecere,

## CATILINAE.

§

fecere, & qui facta aliorum scripsere, multi laudas  
bantur. + Ac mihi quidem tametsi haudquaquam par + At  
gloria sequatur scriptorem, & authorem rerum, ta  
men in primis arduum uidetur res gestas scribere.  
Primum, quod factis dicta sunt ex equāda. Dehinc, \*Lex histo  
riae plāriq; quæ delicta reprehēderis, malevolentia  
& inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute, atq;  
gloria honorū memores, quæ sibi quisq; facilia facta  
putat, & quo animo accipit, Supra ea, ueluti ficta pro Hæc senten  
falsis dicit. Sed ego adolescentulus initio sicuti plæ- tia ex Thu  
riq; à studio ad Remp. latus sum, ibi q; mihi aduersa cydide est ac  
multa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro 2. funebri  
virtute, audacia, largitio, auaritia uigebant. Quæ Periclis ora  
tametsi animus aspernabatur, insolens malarum ar- tium, tamē inter tāta uitia imbecilla etas ambitione  
corrupta tenebatur. Ac me cum ab reliquis malis mo  
ribus dissentirem, nihilominus honoris cupido eadē,  
quæ cæteros fama, atque inuidia, uexabat. Igitur ubi  
animus ex multis miserijs, atq; periculis requieuit,  
& mihi reliquam etatem à Repub. procul haben- \*A repu. Sal  
dam decreui, non fuit consilium socordie, atq; desi- lusti ad pri  
dia bonum otium conterere: neq; uero colendo agrū stinū studio-  
aut uenando, seruilibus officijs intentum etatem a gressus.  
gere. Sed à quo incepto, studioq; me ambitio mala de  
tinuerat, eodē regressus, statui res gestas populi Ro.  
carptim, ut quæq; memoria digna uidebātur, perscri Nam in Hi  
bere: eo magis, quod mihi à spe, metu, partibus Reip. storico potis  
animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione, ri solet si  
A ij quam des, & Mar.

Ci. Lumen  
ueritatis ad-  
pellat histo-  
riam.

E. Cornelio-  
rum genere  
natus.

quàm uerissime potero, paucis absoluam. Nam id faci-  
nus in primis ego memorabile existimo sceleris ato-  
que periculi nouitate: de cuius moribus pauca prius  
explananda sunt, quàm initium narrandi faciam.

**L**VCIUS Catilina nobili genere natus fuit, magna  
ui et animi et corporis, sed ingenio malo, pra-  
uoq;. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapi-  
næ, discordia ciuilis grata fuere. Ibique iuuentutem  
suam exercuit. Corpus patiens inediæ, uigiliæ, algo-  
ris, supra quàm cuiquam credibile est. Animus aus-  
dax, subdolus, uarius, cuiuslibet rei simulator, ac dis-  
simulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cu-

\*Talis exti-  
tit Liuianus  
Hānibal. Gel  
li<sup>9</sup> li. 1.ca, 15  
Occasio Ca-  
tilinæ obla-  
ta affectandi  
imperij Syl-  
læ exemplo.  
piditatibus, satis loquentiæ, sapientiæ parum. Vastus  
animus, immoderata, incredibilia, nimis alta semper  
cupiebat. Hunc post dominationem L. Syllæ libido  
maxima inuaserat Reipublicæ capiundæ: neq; id qui-  
bus modis assequeretur, dum fibi regnum pararet,  
quicquam pensi habebat. Agitabatur magis magisq;  
in dies animus ferox inopia rei familiaris et con-  
scientia scelerum. Quæ utraque his artibus auxerat  
quas supra memoraui. Incitabant præterea corrupti  
ciuitatis mores, quos pessima ac diuersa inter se ma-  
la, luxuria atq; auaritia uexabat. Res ipsa hortari ui-  
detur (quoniā de moribus ciuitatis tēpus admonuit)  
supra repetere, ac paucis instituta maiorum domi,  
militiæq;, quo modo Rēp. habuerint, quantumq; reli-  
querint, utq; paulatim immutata ex pulcherrima et  
optima, pessima ac flagitiosissima facta sit differere.

VRbem

**V**Rbem Romam (sicuti ego accepi) condidere  
atq; habuere initio Troiani, qui Aenea du-  
cc, profugi, incertis sedibus uagabantur. Cumq; his  
Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, si-  
ne imperio, liberum atque solutum. Hi postquam in Ad hæc allu-  
una mœnia conuenere, dispari genere, dissimili lin- dit Virg.lib.  
gua, alius alio more uiuentes, incredibile memoratu 7. Saturni  
est, quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum  
ciuibus, moribus, agris aucta, satis prospera, satisq;  
pollens uidebatur, sicuti pleraq; mortalium haben-  
tur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur reges, po-  
puliq; finitimi bello tentare, pauci ex amicis auxilio  
esse. Nam cæteri metu perculsi à periculis aberat. At  
Romani domi, militiaeq; intenti, festinare, parare, ali  
us alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, pa-  
triam, parenteisq; armis tegere. Post ubi pericula Elegans No  
uirtute propulerant, socijs atq; amicis auxilia por- ema Thucy.  
tabant, magisq; dandis, quam accipiendis beneficijs  
amicitijs parabant. Imperium legitimum, nomen im- didis.  
perij regium habebant. Delecti, quibus corpus an-  
nis infirmum, ingenium sapientia ualidum erat, Rei  
publi. consultabant, hi uel ætate, uel curæ similitudi-  
ne Patres appellabantur. Post ubi imperium regiū, Quia ita Rē  
quod initio conseruandæ libertatis, atq; caussa au- pub. gereret  
gendæ reipub. fuerat, in superbiam, dominationemq; ut pater rem  
se conuertit, immutato more, annua imperia, binosq;  
imperatores, sibi fecere. Eo modo minime posse pu-  
tabant per licentiam insolescere animum humanum.

A 3 Sed ea

Sed ex tempestate cœpere se quisq; magis extollere,  
Exempla be magis q; ingenium in promptu habere . Nam regis  
ne cōstitutæ bus boni, quām mali suspectiores sunt , semperq; his  
Reipublicæ.

\*Vide Vege aliena uirtus formidolosa est. Sed ciuitas (incredibili-  
tum de re le memoratu) adepta libertate , quantum breui cres-  
militari.

uerit,tāta cupido gloriæ incesserat. Iā primū iuuē-  
tus, simul laboris ac belli patiēs erat, in castris per la-  
borē usū militiā discebat, magisq; in decoris armis,  
et militaribus equis, quām in scortis, atq; in conui-  
uijs libidinem habebant . Igitur talibus uiris non la-  
bor insolitus, non locus ullus asper, aut arduus erat,  
non armatus hostis formidolosus. Virtus omnia do-

\*Glorię cer-  
tamē inter  
Romanos.

Collationes  
egregie.

Nam raro  
plures diui-  
tię honeste  
parantur.

Amplificat  
rē Romanā tur.  
ab exemplo  
seu compara  
tione.

muerat, sed gloriæ maximum certamen inter ipsos  
erat. Sic se quisq; hostem ferire , murum ascendere,  
confici, dum tale facinus faceret, properabat: ea di-

uitias, eamq; bonam famam , magnamq; nobilitatem  
putabant. Laudis audi, pecunia liberales erant. Glo-

riam ingentem, diuitias honestas uolebant. Memora-  
re possem, quibus in locis maximas hostium copias  
populus Romanus parua manu fuderit , quas urbes  
natura munitas pugnando ceperit, ne eares longius  
nos ab incepto traheret. Sed profecto fortuna in or-  
mini re dominatur. Ea, res cūstas ex libidine magis,  
quā ex uero celebrat, obscuratq; . Atheniensium res  
gestę, sicuti ego existimo, satis ample, magnificęq;

fuere. Verum aliquanto minores, quām fama ferunt  
mia, per terrarū orbem Atheniensium facta, pro ma-

ximis celebrantur. Ita corū qui ea fecere, uirtus tan-  
ta habetur, quantum uerbis ea potuere extollere  
præclara ingenia. At Po. Ro. nunquā ea copia fuit,  
quia prudentissimus quisq; maxime negotiosus erat.  
Ingenium nemo sine corpore exercebat, optimus  
quisq; facere, quām dicere, & sua ab alijs benefacta  
laudari, quām ipse aliorum narrare malebat. Igitur  
domi, militiæq; boni mores colabantur. Concordia  
maxima, minima auaritia erat. Ius bonumq; apud  
eos non legibus magis, quām natura ualebat. Iurgia, \*Saluberris  
discordias, simultates cum hostibus exercebant: ci-<sup>mum certa-</sup>  
ues cum ciuibus de uirtute certabant. In supplicijs <sup>men hoc He</sup>  
deorū magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Iure summo  
Duabus his artibus, audacia bello, ubi pax euenerat, in castris a-  
& equitate, seq; remq; publicam curabant. Quarum mī ex æquo  
rerum ego maxima documenta hæc habeo: quod in & bono.  
bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra impe-  
riū in hostē pugnauerāt: quiq; tardius reuocati præ-  
lio excesserant, q; qui signa relinquere, aut pulsi loco  
cedere ausierant. In pace uero beneficijs magis, quā  
metu imperium agitabant: & accepta iniuria igno-  
scere, quām persequi malebant. Sed ubi labore atque  
iustitia Resp. creuit, reges magni bello domiti, natio-  
nes feræ, & populi ingētes ui subacti, Carthago &  
multa imperij Romani à stirpe interiit: cūcta maria,  
terræq; patebāt, sœuire fortuna cœpit. Qui labores  
pericula, dubias atq; asperas res facile tolerauerant,  
ijs otium, diuitiæq; optandæ alijs, oneri miseriæq; fuc-

A iiiij re.

re. Igitur cupido pecuniae primo, deinde imperij creuit: ea quasi materies omnium malorum fuere. Namque avaritia fidem, probitatem, ceterasq; bonas artes subuertit. Pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere edocuit. Ambitio ~~grām~~ multos mortales falsos fieri subegit. Aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere: amicitias, inimicitiasq; non ex re, sed ex commodo aestimare, magisq; uultum, quam ingenium bonum habere. Hæc primo paulatim crescere, interdum uindicari.

**Exemplum** Post, ubi contagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas est corruptæ ciuitatis. **Ambitio** dele, intolerandumq; factum est. Sed primo magis uirtuti affi- ambitio, quam avaritia animos hominū exercebat, nis est.

**Avaritia** <sup>Ivōm</sup> quod tamen uitium proprius uirtuti erat. Nam gloriā, honorem, imperium bonus, et ignauus & que sibi exoptant. Sed ille uera uia nititur: huic quia bone corporis anī- artes desunt, dolis atq; fallacijs contendit. Avaritia mumq; effec- pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concipi- minat. Gel. li. 3. ca. 1.

**Luxus.** neq; copia, neque inopia minuitur. Sed postquam L. Sylla, armis recepta Repu. bonis initijs malos euenuit: ea quasi uenenis malis imbuta, corpus uirile, animumq; effeminat. Semper infinita, insatiabilis est,

morem maiorum, luxuriose, nimisq; liberaliter ha= Præter disci  
buerat. Loca amoena, uoluptaria facile in ocio fero= plinam mili  
ces militum animos molliuerant, ibi primum insue= tarem.  
uit exercitus populi Ro. amare, potare, signa, tabu=  
las pictas, uasa cælata mirari: ea priuatim ac publice  
rapere, delubra spoliare, sacra profanaq; omnia pol  
lucre. Igitur hi milites, postquam uictoriam sunt ade  
pti, nihil reliqui uictis fecere. Quippe secundæ res  
sapientium animos fatigāt, nendum illi corruptis mo  
ribus uictoriae temperarent. Postquam diuitiæ hono  
ri esse cœpere, et eas gloria, imperium, potentia se= quebantur, hebescere uirtus, paupertas probro habe  
ri, innocentia pro maleuolētia duci cœpit. Igitur ex  
diuitijs iuuentutē luxuria, atq; auaritia cum super=  
bia inuasere, rapere, consumere, sua parui pendere,  
aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atq; hu=  
mana promiscua, nil pēsi, neq; moderati habere. Ope  
re preicum est, cum domos atq; uillas cognoueris, in Ab exēplo.  
urbium modum ædificatas, uisere templa deorū, quæ Lex XII. ta  
nostri maiores religiosissimi mortales fecere. Verum bularum iu= bet pietatē  
illi delubra deorum pietate, domos suas gloria deco adhiberi, re=  
rabant, neq; uictis quicquam, præter iniuriæ licen= moueri sum  
tiam eripiebant. At hi contra ignauissimi homines, ptum. Cice.  
per summum scelus omnia ea socijs adimere, quæ for  
tiissimi uiri uictores reliquerant: perinde quasi iniu= li. 2. legum.  
riam facere, id demum esset imperio uti. Nam, quid  
ea memorem, quæ nisi ijs, qui uidere, nemini credibi=

lia sunt, à priuatis compluribus subuersos monteis,

A V maria

maria constrata esse, quibus mihi uidentur ludibrio fuisse diuitiae: quippe quas honeste licebat habere, abuti per turpitudinem properabant. Sed libido stupri, ganeæ, cæteriq; cultus non minor incesserat: uiros pati muliebria, mulieres pudicitiam in propastulo habere: Vescendi causa terra, mariq; omnia exquirere, dormire prius quam somni cupidus esset: non famem, aut lassitudinem, non sitim, neq; frigus operiri, sed ea omnia luxu antecapere. Hæc iuuentus tem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora inscendebant. Animus imbutus malis artibus, haud faci-

**Propositio.** Ie libidinibus carebat, eo profusius omnibus modis quæstui, atq; sumptui deditus erat. In tanta itaq;, tamq; corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu faciliimum erat, omnium flagitiorum, atq; facinorum cir-

cū se, tāquam stipatorū cateruas habebat. Nam quis cunq; impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, pene bona patria dissipauerat, quiq; alienū æs grāde cōflauerat, quo flagitiū aut facinus redimeret: præterea omnes undiq; paricidæ, sacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc quos manus atq; lingua periurio aut ciuili sanguine alebat. Postremo omnes quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiaresq; erant. Quod si quis etiam uacuus à culpa in amicitiam eius inciderat, quotidiano usu atq; illecebris, facile par, similisq; cæteris efficiebatur. Sed maxime iuuenū uel adolescentiū familiaritates apertebat

His artibus  
inescabat a-  
dolescentes,

petebat, eorum animi molles, & aetate fluxi, dolis  
haud difficulter capiebantur. Nam, ut cuiusq; studiuū  
ex aetate flagrabat, alijs scorta praebere, alijs canes,  
atq; equos mercari: postremo neq; sumptui, neq; mo-  
destiæ suæ parcere, dum illos obnoxios, fidosq; sibi  
faceret. Scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent  
iuuentutem, quæ domum Catilinæ frequentabat, pa-  
rum honeste pudicitiam habuisse, sed ex alijs rebus  
magis, quam quod cuiquam id cōpertum foret, hec  
fama ualebat. Iam primum adolescens Catilina, mul Amplificat  
ta nefanda stupra fecerat cum uirgine nobili, cum sa rem ab æta-  
cerdote Vestæ, & alia huiuscmodi cōtra ius, fasq;. etiā superio-  
Postremo captus amore Aureliae Orestillæ, cuius præris ætatis Ca  
ter formam nihil unquā bonus laudauit, quod ea, nu tilinę uicia.  
bere illi dubitabat, timens priuignum adultum aetate  
pro certo creditur necato filio, uacuam domum sce-  
lestis nuptijs fecisse. Quæ quidem res, mihi in primis  
uidetur caussa fasinoris maturandi. Namq; ani-  
mus impurus, dijs hominibusq; infestus, neq; uigilijs  
neq; quietibus sedari poterat, ita cōsciētia mentē ex Ita ut præ se  
agitata uastabat. Igitur color eius exāguis, fœdi oculi ferret per-  
li, citus mō, mō tardus incessus, prorsus in facie, vul- turbat̄ men-  
tuq; uecordia inerat. Sed iuuētutē, quā (ut supra di- tis omnia in  
ximus) illexerat, multis modis mala facinora edoce-  
bat. Ex illistestes, signatoresq; falsoscōmodare, fidē,  
fortunas, pericula uilia habere. Post ubi corū famā  
atq; pudorem attruerat, maiora alia imperabat. Si  
caussa peccandi in præsens minus suppetebat, nihilo minus

minus infantes, sicuti fontes circumuenire, iugulare,  
scilicet ne per otium torpesceret manus aut animus,  
gratuito potius malus, atq; crudelis erat. His amis-  
cis, socijsq; confisus Catilina, simul, quod æs alienum  
Syllani milites per omnes terras ingens erat, et quod pleriq; Sylla-  
lites.

Occasio &  
temporis op-  
portunitas, erat. Gn. Pompeius in extremis terris bellum geres-  
bat. Ipsi consulatum petendi magna spes. Senatus ni-  
hil sanè intentus, tutæ, tranquillæq; res omnes. Sed  
ea prorsus opportuna Catilinæ uidebatur. Igitur cir-  
citer Calend. Iunias, L. Cæsare, & C. Figulo consu-  
libus, primo singulos appellare, hortari alios, alios  
tentare, opes suas, imparatam Remp. magna præmia  
coniurationis docere. Vbi satis explorata sunt que  
uoluit, in unum omnes conuocat: quibus maxima ne-  
cessitudo, & plurimum audacie inerat, eò omnes cō-  
uenere senatorij ordinis, P. Lentulus Sura, P. Antro-  
nius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. & Ser-  
uius Syllæ Seruij filij, L. Vargunteius, Qu. Annius,  
M. Porcius Lecca, L. Pestia, Q. Curius. Præterea ex  
Equestri ordine, M. Fulvius nobilior, L. Statilius, P.  
Gabinius Capito, C. Cornelius. Adhoc multi ex colo-  
nijs & municipijs domi nobiles erant. Præterea cō-  
plures paulo occultius consilij huiuscce participes no-  
biles, quos magis dominationis spes hortabatur, quā  
inopia aut alia necessitudo. Ceterum iuuentus ples-  
yaq;

raq; sed maxime nobilium, Catilinae inceptis fauēbat, quibus in otio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat, incerta pro certis, bellum, quam pacem malebant. Fūtē item ea tempestate qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum eius consilijs fuisse, quia Gn. Pompeius inuisus ipsi, magnum exercitum ductabat, cuiusvis opes uoluisse contra illius potentiam crescere. simul confisum, si coniuratio ualuerisset, facile apud eos se principem fore. Sed antea Duplex Catilina fuit, de qua quam uerissime potero, dicam. L. \*Antronius Iulio, M. Lepido consulibus, P. Antronius, & P. Syl<sup>l</sup> & Sylla amici designati consules, legibus ambitus interrogati, bitus condemnati. pœnas dederant. Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequuerit. Erat eodem tempore Gn. Piso adolescens, nobilis, summae audacie, egens, factiosus, quem ad perturbandum Remp. inopia, atq; mali mores stimulabāt. Cum hoc Catilina, & Antronius, circiter nonas Decembris communicato consilio parabant in capitolio Calendis Ian. L. Torquatum, & L. Cottam consules interficere. Ipsi fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad obtainendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus in nonas Februarias consilium cædis transstulerunt. Iam tum nō consulibus modo, sed plærisq; senatoribus pernitiem machinabantur: quod nisi Catilina maturasset pro curia signum socijs dare, eo die post

Hoc est, non die post conditam urbem Romam pessimum facia-  
dum conue-  
nus patratum foret: quia nondum frequentes arma-  
nerunt, cum  
signū daret. ti conuenerant, ea res consilium diremit. Postea Piso  
in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore mis-  
sus est, adnitente Crasso, quod cum infestum inimiz-  
cum Gn. Pompeio cognouerat. Neq; tamen Senatus  
prouinciam inuitus dederat, quippe fœdum homis-  
nem à Rep. procul esse uolebat, simul quia boni com-  
plures præsidium in eo putabant. Etiam tum poten-  
tia Gn. Pompeij formidolosa erat. Sed is Piso in pro-  
uinciam ab equitibus Hispanis, quos in exercitu du-  
ctabat, iter faciens, occisus est. Sunt qui ita dicunt  
imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros ne-  
quiuisse pati: alij autem equites illos Gn. Pompeij ue-  
teres, fidosq; cliëtes uoluntate eius Pisonem aggref-  
fatos, nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse,  
sed imperia sœua multa antea perpessos. Nos eam  
rem in medio relinquemus. De superiori coniuratio-  
ne satis est dictum.

**C** Atilina ubi eos, quos paulo ante memorauí,  
conuenisse uidet, tametsi multa cum singulis  
sæpe egerat, tamē in rē fore credēs uniuersos appellare, ex cohortari, in abditam partem ædiū secedit,  
atq; ibi omnibus arbitris procul amotis, orationem  
Beneuolen- huiuscmodi habuit. Nisi uirtus atq; fides uestra sa-  
tiā captat à tis spectata mihi foret, ne quicquā opportuna res ce-  
laude eorū, quibus cum cidisset, spes magna, dominatio in manibus frustra  
agit. fuissent: neq; ego per ignauiam, aut uana ingenia, in-  
certa

certa pro certis captarem. Sed quia multis, & magna  
gis tempestatibus uos cognoui fortes, fidosq; mihi,  
eo animus ausus est, maximum, atq; pulcherrimum \*A fortitudi  
facinus incipere: simul quia uobis eadem, quæ mihi ne cū insinua  
bona, malaq; esse intellexi. Nam idē uelle atq; idem tione.  
nolle, et demum firma amicitia est. Sed ego, quæ men  
te agitau, omnes iam antea diuersi audistis. Cæterū  
mihi indies magis animus accenditur, cū consydero A possibili  
quæ cōditio uitæ futura sit, nisi nos met ipsos uindice uel facili  
mus in libertatē. Nam postquam respu. in paucorum Nam præ di  
potentium ius atq; ditionem concessit, semper illis re uitijs eneruā  
ges, Tetrarchæ, uectigales esse: populi, nationes, sti  
pendia pendere: cæteri omnes, strenui, boni, nobiles,  
atq; ignobiles, uulgas fuimus, sine gratia, sine auto  
ritate, his obnoxij, quibus si Respub. ualeret, formi  
dini essemus. Itaq; omnis gratia, potētia, honos, diui  
tiæ apud illos sunt, aut ubi illi uolūt. Nobis relique  
re pericula, repulsas, iudicia, egestatem. Quæ quo us Exclamatio  
que tandem patiemini ò fortissimi uiri? nōne emori  
per uirtutem præstat, quam uitam miseram, atq; in  
honestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis, per  
dederis amittere? Verum enim uero per Deūm atq;  
hominū fidem, uictoria in manu nobis est, uiget ætas  
animus ualet. contra, illis annis atq; diuitijs, omnia  
consenuere. Tantummodo incepto opus est, cætes  
ra res ipsa expediet. Etenim quis mortaliū, cui uirile  
ingeniū est, tolerare pōt illis diuitias superare, quas Ab utili  
profundat in extrūdo mari, et mōtibus coequādis,  
nobis

nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? Illas binas, aut amplius domos continuare, nobis Larē familiarem nusquam ullum esse? cum tabulas, signa, toremata emunt, noua diruunt, alia ædificant. Postremo omnibus modis pecuniam trahunt, uexant, tamen summa libidine, diuitias suas uincere nequeunt.

At nobis est domi inopia, foris æs alienū, mala res,

spes multo asperior, denique quid reliqui habemus,

\*Peroratio, præter miseram animam? Quin igitur expurgisci-  
cum enumera-  
minis? En illa, illa, quam sepe optastis, libertas. Præ-  
ratione eo-  
rum quæ ani-  
terea diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt. For-  
mū facere tina omnia ea uictoribus præmia posuit. Res, tem-  
pus, pericula, egestas, belli spolia magnifica magis  
debent.

Priuatim de  
officio suo.

quam oratio mea uos hortentur, uel imperatore, uel  
milite me utimini: Neque animus, neque corpus abe-  
rit à uobis. Hæc ipsa ut spero, uobiscum una consul-  
agam, nisi forte animus me fallit, et uos seruire ma-  
gis, quam imperare parati estis? Postquam accepere  
ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed ne-  
que res, neque spes bona ulla, tametsi illis quieta mo-  
uere magna merces uidebatur. Tamen postulauere  
plerique, ut proponeret, quæ conditio belli foret,  
quæ præmia armis peterent, quid ubique opis, aut  
spei haberet? Tum Catilina polliceri tabulas nouas,  
proscriptionem locupletum, magistratus, sacerdotia,  
rapinas aliaq; omnia quæ bellum atq; uictorum libi-  
do fert. Præter ea esse in Hispania citeriore Piso-  
nem dicebat, in Mauritania cum exercitu P. Sitium  
Nucerinum

\*Exemplo  
Lu. Syllæ.

Nucerium consiliij sui participes. Petere consulatu  
C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, ho-  
minem familiarem, & omnibus necessitudinibus cir-  
cumuentum, cum eo se consule initium agendi belli  
faturum: adhæc maledictis increpabat omneis bos-  
nos, suorum unumquemq; nominans laudare, admo-  
nebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complu-  
res periculi, aut ignominiæ, multos Syllanæ uicto-  
riæ, quibus ea prædæ fuerat. Postquam omnium ani-  
mos alacreis uidet, cohortatus, ut petitionē suam cu-  
ræ haberent, dimisit conuentum. Fuere ea tempestas-  
te, qui dicerent Catilinam oratione habita, cum ad \*Catilinahus  
iustificandum populares sceleris sui addiceret, huma mani corpo-  
ni corporis sanguinem uino permistum in pateris ris sanguinē  
circuntulisse. Inde cum post execrationem omnes de <sup>uino permi-</sup>  
gustassent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, <sup>stum in pate</sup> ris circūtuit  
dicitur aperuisse consilium suum, atq; eo dictare,  
quo inter se magis fidi forent, aliis alij tanti facino-  
ris conciij: nonnulli ficta & hæc, & multa præterea  
existimabant esse ab his, qui Ciceronis inuidiam, que  
postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris  
eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea res pro ma-  
gnitudine parum comperta est. Sed in ea coniura-  
tione fuit Qu. Curius natus haud obscuro loco, flagi De prodi-  
tijs atq; facinoribus coopertus, quem censores senas coniuratiōe.  
tu probri gratia amouerant. Huic homini non mi- <sup>Nō habebat</sup>  
nor uanitas, quam audacia inerat: neq; reticere, que facti neq; di-  
audierat, neq; sua & ipse scelera occultare prorsus, <sup>rōem neq;</sup> Etsi.

B neq;

neq; dicere, neq; facere, quicquā pensi habebat. Erat ei cum Fulvia nobili muliere, stupri uetus consuetudo, cui cū minus gratus esset, quod inopia minus lari giri poterat, repente gloriāns, maria monteisq; polli ceri cœpit, & minari interdum ferro, nisi sibi obnoxia foret: postremo ferocius agitare, q̄ solitus erat. At Fulvia insolentia Curijs caussa cognita, tale periculum Reip. haud occultū habuit, sed sublato authore, de Catilinæ coniuratione, quæ & quo audierat, com pluribus narravit. Ea res in primis studia hominum

**Qua occasio accedit, ad consulatum mandandum M.T. Cicero ne Catilina cōsulatu fru stratus sit.** ni. Namq; antea pleraq; nobilitas inuidia æstuabat, & quasi pollui consulatum credebat, si eum, quāvis egregius, nouus homo adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit inuidia, atq; superbia post fuere. Igitur

**M. Tullius. Comitijs habitis, consules declarantur M. Tullius et C. Antoni⁹ C. Antonius, quod factum primo populares coniurationis concusserat. Neque tamen Catilinæ furor minuebatur, sed indies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam sua fide, aut ami**

**Parat arma Catilina.** corum sumptam mutuam, Fesulas ad Manlium quendam portare, qui postea princeps fuit belli faciūdi.

**Ea tēpestate plurimos cuiusq; generis homines ascivisse sibi dicitur. Mulieres etiam aliquot, quæ primo ingentes sumptus, stupro corporis tolerauerāt, post ubi etas tantummodo quæstui, neq; luxuriae modum fecerat, & alienum grande conflauerant. Per eas se Catilina credebat posse seruitia urbana solicitare, ur**

**\*Mulieres in comitatu Ca tilinæ.**

bem

sem incendere, viros earum uel adiungere sibi, uel  
interficere. Sed in his erat Sempronia, quae multa  
sæpe uirilis audaciæ facinora commiserat. Hæc mu- Personæ de-  
lier genere atq; forma præterea uiro ac liberis, satis scriptio ual-  
fortunata fuit, literis græcis & latinis docta, psalle de elegans.  
re & saltare elegātius, quām necesse est probæ: mul \*Instrumē-  
ta alia, quæ instrumenta luxuriæ sunt: sed ei cariora ta luxuriæ.  
semper omnia, quām decus, atque pudicitia fuit. Pe-  
cuniaæ an famæ minus parceret, haud facile discerne  
res: libidine sic accensa, ut sæpius peteret viros, quā  
peteretur, sed ea sæpe ante hac fidem prodiderat, \*Abiurare  
creditum abiurauerat, cædis conscia fuerat, luxuria  
atq; inopia preceps abierat. Verum ingenium eius  
haud absurdum, posse uersus facere, iocum mouere,  
sermone uti uel modesto, uel molli, uel procaci, prora-  
sus multæ facetiæ, multusq; lepos inerat. His rebus  
comparatis, Catilina nihilominus in proximum an-  
num consulatum petebat, sperans si designatus fo-  
ret, facile se ex uoluntate Antonio usurum. Neque in-  
terea quietus erat, sed omnibus modis insidias para-  
bat Ciceroni, neque illi tamen ad cauēdum dolus, aut  
astutia deerant. Namque à principio sui consulatus  
multa pollicendo, per Fuluiam effecerat, ut Quin.  
Curius, de quo paulo ante memorauī, consilia Catilinæ  
sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antonium  
pactione prouinciæ perpulerat, ne cōtra Remp. dis-  
sentiret, circum se præsidia amicorum, atq; clientum  
occulte habebat. Postquām dies comitiorum uenit, et

B ij Catilia

Catilinæ neq; petitio, neq; insidiæ, quas consuli fecerat, prospere cessere, constituit bellum facere, & extrema omnia experiri: quoniam quæ occulte tentauerat, aspere fœdeq; euenerant. Igitur, C. Manlium Fesulas, atq; in eam partē Hetruriæ, Septimiū quemdam Camertem in agrū Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit, præterea alium aliò, quem ubiq; opportunū sibi fore credebat. Interea Romæ multa simul moliri, consuli insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obfidere, ipse cū te lo esse. Item alios iubere, hortari, uti semper intenti, paratiq; essent, dies noctesq; festinare, uigilare, neq; insomnia, neq; labore fatigari. Postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes conuocat per M. Porciū Leccam, ibi q; multa de ignavia eorum questus, docet se Manlium præmississe ad eam multitudinem, quam ad capienda arma parauerat. Item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent, seq; ad exercitū profici sci cupere, si prius Ciceronem oppressisset, eū suis consilijs multum officere. Igitur perterritis ac dubitantibus cæteris, C. Cornelius eques Romanus operā suam pollicitus, & cum eo L. Vargunteius Senator, constituere ea nocte paulopost cum armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem, ac de improviso domi suæ imparatum confodere. Q. Curius, ubi intelligit, quantum periculum consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui paras

Adparatus  
belli.

C. Corne  
lius.

parabatur, enunciata. Ita illi ianua prohibiti, tantum  
 facinus frustri suscepere. Interea Manlius in H<sup>e</sup>s Facinus susci-  
 truria pleben solicitare, egestate simul ac dolore in pere.  
 iuriæ nouarum rerum cupidam, quod Syllæ domina-  
 tione, agro, bonaq; omnia amiserat. Præterea latro-  
 nes cuiusq; generis, quorum in earegione magna co-  
 pia erat, rōnulos ex Syllanis colonis, quibus libido, famis latro-  
 atq; luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerāt. <sup>\*Hetruriain</sup>  
 nibus.  
 Ea cum Cic. nunciarentur, ancipiti malo permotus,  
 quod neq; urbem ab insidijs priuato consilio longi-  
 us tueri poterat, neq; exercitus Manlij quantus, aut  
 quo consilio foret, satis compertum habebat, rem ad  
 senatum refert, iam antei uulgi rumoribus exagita-  
 tam. Itaq; (quod plerunc<sup>p</sup> in atroci negotio solet)  
 senatus decreuit, ut darent operam consules, ne quid  
 Resp. detrimenti caperet. Ea hotestas per senatum <sup>\*Ea forma</sup>  
 more Romano magistratui maxima permittitur, ex <sup>S.C. ultimæ</sup>  
 exercitum parare, bellum gerere: mercere omnibus fitatisfuit. Li-  
 modis socios, atq; ciues, domi, militiæq; imperium, at uius ; ab ur-  
 que iudicium summum habere, aliter sine populi ius <sup>condita. Cæ</sup>  
 su nulli earum rerū consuli ius est. Post paucos dies belli c.  
 L. Senius senator, in senatu literas recitauit, quas Fe-  
 sulis allatas sibi dicebat, in quibus scriptum erat C.  
 Manlium arma cepisse, cum magna multitudine an-  
 te diem VI. Calend. Nouemb. simulq; (id quod in tali  
 re solet) alij portenta, atq; prodigia nunciabant, alij  
 conuentus fieri, arma portari, Capuæ, atq; in Apulia  
 seruile bellum moueri. Igitur senatus deercto, Qu.  
 B iij Mars

\*Sacrificulū Martius rex Fesulas, Qu. Metellus Criticus in Apa  
intelligit. Id est, cū iā liam, circumq; ea loci missi sunt. Hi utiq; ad urbem  
redissent ex imperatores erant impediti, ne triumpharent calu-  
suis prouincia paucorum, quibus omnia honesta, atq; inhone-  
cīs.

sta uendere mos erat. Sed prætores, Qu Pompeius  
Rufus Capuam, Qu. Metellus Celer in agum Pice-  
num, hisq; permīssum est, uti pro tempore, atque pe-  
riculo exercitum compararēt. Ad hoc si quis indica-  
uisset de coniuratione, quæ contra Remp. facia erat,  
præmium, seruo libertatem, & sestertia centum, libe-  
ro impunitatem eius rei, & sestertiū ducenta mil-  
lia. Itemq; decreuere, uti gladiatoriæ familiæ Capua-  
am, & in cætera municipi. distribuerentur pro cu-  
iusq; opibus. Romæ per totam urbem uigilæ habe-  
rentur, hisq; minores magistratus præcessent. Qui  
præcerāt ui-  
gilijs.  
+ quam

cies erat: ex summa lætitia, atq; lasciuia, + quæ diu-  
turna quies pepererat, repente omnis tristitia inua-  
sit, festinare, trepidare, neq; loco, neq; cuiquam homi-  
ni satis credere, neq; bellum gerere, neq; pacem ha-  
bere, suo quisq; metu pericula metiri. Ad hoc mulie-  
res, quibus pro Reip. magnitudine belli timor insolē-  
tus incesserat, afflictare se, manus supplices ad cœ-  
lum tendere, miserari paruos liberos, rogitare deos,  
omnia pauere, superbia atq; delitijs obmissis, sibi pa-  
triæq; diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem  
illa mouebat, tāetsi præsidia parabātur. Et ipse Plau-  
tin lege interrogatus erat ab L. Paulo. Postremo dis-  
simulans

\*Lex Plau-  
tia.

simulandi causa, + aut sui expurgandi, sicuti iurgio +  
laceſſitus foret, uenit in ſenatum, tū M. Tullius con-  
ſul, ſiue præſentiam eius timens, ſiue ira commotus,  
orationē habuit luculentam, atq; utilem Reip. quam Oratio lucu  
poſte a ſcriptā edidit. Sed ubi ille aſſedit, Catilina, ut lenta M. Ci-  
erat paratus ad ſimulanda omnia, demiſſo uultu, uo-  
ce ſupplici, poſtulare à patribus cœpit, ne quid de ſe  
temere crederent, ea familia ortum, ita ab adoleſcen-  
tia dicebat uitā iſtituiſſe, ut omnia bona in ſpecthaſ+ haberent  
beret, neq; exiſtimarent ſibi patritio homini, cuius  
iſpius atq; maiorū plurima beneficia in plebem Ro-  
erant, perdiſta Rep. opus eſſe, cum eam ſeruaret M.  
Tullius inquilinus ciuiſ urbis Romæ. Ad hæc maledi \*Cicero in-  
cta alia cum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atq; uiſ urbis  
paricidam uocare. Tum ille furibundus, quoniam in-  
quidem circumuentus, inquit, ab inimicis præceps  
agor, incendium meum ruina reſtinguam. Deinde ſe  
ex curia domum proripuit. Ibi multa ſecum ipſe uol-  
uens, quod neq; iſidiæ consuli procedebant, et ab  
incendio intelligebat urbem uigilijs eſſe munitam,  
optimum factu credens exercitum augere, ac priu-  
quam legiones ſcriberentur, multa ante capere, quæ  
bello uſui forent, nocte intempeſta cū paucis in Man-  
liana caſtra proſectus eſt. Sed Cethego, atq; Lentulo  
ceterisq; quorum cognouerat promptam audaciā,  
mandat, quibus rebus poſſent, opes factionis confir-  
ment, iſidiias consuli maturent, cædem, incendia,  
aliaq; belli facinora parent, ſeſe propediem cum ma-

gno exercitu ad urbem accessurum. Dum hæc Rome  
geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q.  
Martium Regem mittit cū mandatis huiuscmodi.

Legatorum  
eratio.

**D**eos, hominesq; testamur Imperator, nos ar-  
ma neq; contra patriam cepisse, neq; quo pe-  
riculum alijs faceremus, sed uti corpora nostra ab ini-  
uria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia, atq;  
crudelitate foeneratorū pleriq; patria, sed omnes fa-  
ma, atq; fortunis expertes sumus. Neq; cuiquam no-  
strum licuit, more maiorum lege uti, neq; amissō pa-  
trimonio liberum corpus habere, tanta sœvitia foene-  
ratorum, atq; prætoris fuit. Sæpe maiores nostri mē-  
ferti plebis Romanae, decretis suis, in opia eius opitus  
lati sunt. Ac nouissime memoria nostra propter ma-  
gnitudinem æris alieni, uolentibus omnibus bonis, ar-  
gētum ære solutum est. Sæpe ipsa plebs aut dominā  
di studio permota, aut superbia magistratum arma-  
ta, à Patribus secessit. At nos non imperium, neq; di-  
uitias petimus, quarum rerum caussa, bella, atq; cero-  
tamina inter mortales omnia sunt, sed libertatē, quā  
nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Te atq; Se-  
natū obtestamur, ut consulatis miseris ciuibus, legis  
præsidium, quod iniquitas prætoris eripuit, restituas  
tis, nēue nobis eam necessitudinē imponatis, ut que-  
ramus, quo nam modo maxime ulti sanguinem noe-  
strum, pereamus. Ad hæc Qu. Martius respondit,  
si quid à senatu petere uellent, ab armis discedant,  
Romam supplices proficiscantur, ea mansuetudine  
atq;

\*In monte  
sacrū & Auē  
tinum.

atq; misericordia Senatum, & populum Romanum  
semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxiliū  
petiuerit. At Catilina ex itinere plerisq; consulari-  
bus, præterea optimo cuiq; literas mittit, se falsis cri-  
minibus circumuentum, quoniam factio*n*i inimico-  
rum resistere nequiuerit, fortune cedere, Massiliam  
in exilium profici*n*si, non quo sibi tanti sceleris con-  
scius esset, sed uti respub. quieta foret, neue ex sua cō-  
tentione seditio oriretur. Ab his longe diuersas li-  
teras, Qu. Catulus in Senatu recitauit, quas sibi no-  
mine Catiline redditas dicebat: Earum exemplum  
infra scriptum est.

L. Catilina Quinto Catulo salutem.

**E**gregia tua fides, re cogrita, grata mihi ma<sup>r</sup> Exordium.  
Egnis in meis periculis, fiduciam commendatio-  
ni meæ tribuit. Quamobrē defensionem in nouo con Occupatio.  
filio non statui parare, satisfactionem ex nulla cons-  
cientia de culpa proponere decreui, quam mediusfi-  
dius, licet ueram cognoscas, iniurijs contumelijsq;  
cōcitatus, quod fructu laboris, industrieq; meæ pri-  
uatus, statum dignitatis non obtinebam, publicam mi-  
serorum causam pro mea consuetudine suscepi. Non  
quin æs alienum meis nominibus ex possessionibus  
soluere possem, cum & alienis nominibus liberalis-  
tas Aureliae Orestillæ, suis, filiæq; copijs persolueret,  
sed quod non dignos homines honore honestos uide-  
bam, meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam,  
hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliqua-

Narratio.

B V dignis

dignitatis conseruandæ sum secutus. Plura cum scribere uellem, nunciatum est mihi uim parari. Nunc Orestillam tibi commendo, tuaq; fidei trado, eam ab iniuria defendas, per liberostuos rogatus, aueto. Sed ipse per paucos dies commoratus apud C. Flaminium in agro Rheatino, dū ciuitatē antea solicitatā ab eo armis exornat, cū fascibus, atq; alijs imperij insignibus, in castra ad Manliū contendit. Hæc ubi Romæ cōperta sunt, senatus Catilinā & Manliū hostes iudicat. Cæteræ multitudini diē statuit, anteq; sine fraude liceret ab armis discedere, præter rerū capitaliū condēnatis: præterea decernit uti consules delectum habeant. C. Antonius Catilinam cum exercitu perseguiri maturet, Cicero urbi præsidio sit. Ea tempestas te mihi imperium P.R. multo maxime uisum est miserabile, cui cum ad occasum ab ortu solis, omnia dormita armis parerent, domi otium, atque diuitiae, quæ prima mortales putant, affluerent, Fuere tamen ciues, qui seq; remq; Pub. obstinatis animis, perditum irent. Namque ex duobus Senatus decretis, ex tanta multitudine neq; præmio inductis, cōiurationem patefecerat, neq; ex castris Catilinæ quisquā hominum discesserat. Tanta uis morbi, atq; uti tabes, plerosq; ciuium animos inuaserat. Neq; solū illis aliena mens erat, qui consciij coniurationis fuerant. Sed omnino cuncta plebs nouarum rerum studio Catilinæ incœpta probabat. Id adeo uidebatur more suo facere.

Nam semper in ciuitate, quibus opes nullæ sunt, bona nis inui-

**Excursus,** q  
illorū tēpo-  
ra & statū  
deplorat.

**Epiphone-  
ma.**

**Seditionū  
feminaria.**

nis inuident, malos extollunt, uetera odere, noua ex  
 optant, odio suarum rerum mutari omnia student,  
 turba atq; seditionibus sine cura aluntur: quoniam <sup>rvco pth</sup>  
 egestas facile habetur sine damno. Sed urbana plebs  
 ea uero præceps erat multis de causis. Primum o-  
 mnium, qui ubiq; probro, atque petulantia maxime  
 præstabant: item alij, qui per dedecora, patrimonij  
 amissis: postremo omnes, quos flagitium, aut facinus  
 domo expulerat: hi Romam, sicuti in sentinam, con- \*Roma sicut  
 fixerant. Deinde multi memores Syllæ uictoriae, ti sentina.  
 quod ex gregarib; militibus alios senatores uide- \*Gregarij  
 bant, alios ita diuites, ut regio suctu, atq; cultu ætate  
 agerent, sibi quisque, si uictoria in armis foret, talia  
 sperabat. Præterea iuuentus, que in agris manuum  
 mercede inopiam tolerauerat, priuatis atq; publicis  
 largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori  
 prætulerat. Eos atq; alios omnes malum publicum  
 alebat. Quo minus mirandum est homines egentes,  
 malis moribus, maxima spe Reip. iuxta ac sibi cons-  
 fuluisse. Præterea, quorum uictoria, Syllæ parentes <sup>Nā Sylla ca-</sup>  
 proscripti, bona erepta, ius libertatis immutatum uerat, ne ad  
 erat, haud sanè alio animo belli euentum expecta- magistratus  
 bant. Ad hoc quicunque aliarum, atque Senatus par admitterent  
 tium erant, conturbari Rempub. quam minus ualere filij proscri-  
 ipsi malebant. Ideo malum id adeo multos post ans- ptorum.  
 nos in ciuitatem reuerterat. Nam postquam Gn.  
 Pompeio, & M. Crasso consulibus tribunitia potes-  
 tias restituta est, homines adolescentes summā potes-  
 statem

statem nacti, quibus etas, animusq; ferox erat, coepe  
re Senatum criminando plebem exagitare: deinde  
largiendo, atq; pollicitando magis incendere. Ita  
ipsi clari, potentesq; fieri, contra eos summa ope ni-  
tebatur pleraq; nobilitas Senatus sub specie pro sua  
magnitudine. Namq; (uti paucis uerum absoluam)  
post illa tempora quicunq; Remp. agitauere, honestis  
nominibus, alij sicuti iura populi defenderent,  
pars quo Senatus authoritas maxima foret, bonum  
publicum simulantes, pro sua quisq; potentia certas  
bant: neq; illis modestia, neque modus contentionis  
erat. Vtriq; uictoriā crudeliter exercebat. Sed post  
quam Gn. Pompeius ad bellum Maritimum, atq; Mi-  
thrydaticum missus est, plebis opes imminutae, pauco  
rum potentia creuit. Hi magistratus, prouincias, ali-  
aq; omnia tenere. Ipsi innoxij, florentes, sine metu  
etatem agere: ceterosq; iudicijs terrere, quo ple-

**Nouādi.** bem in magistratu placidius tractarent. Sed ubi pri-  
mū dubijs rebus + nouandis spes oblatā est, uetus cer-  
tamē animos eorum arrexit. Quod si primo prælio  
Catilina superior, aut æqua manu discessisset, pro-  
fecto magna clades, atq; calamitas Remp. oppressis-  
set: neq; illis, qui uictoriam adepti forent, diutius ea  
uti licuisset, quin defessis et exanguibus, qui plus pos-

Hactenus ex-  
currat in tra-  
set imperium, atq; libertatem extorqueret. Fuere ta-  
men extra coniurationem complures, qui ad Cati-  
linam initio profecti sunt. In his erat Fulvius Sena-  
toris filius, quem retractum ex itinere parens iussit  
necari

necari. Iisdem temporibus Romæ Lentulus sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per se aut per alios solicitabat. neque solum ciues, sed cuiuscumque modi genus hominū, quod modo bello usui foret. Igitur P. Vmbreno cuidam negotium dat, uti legatos Allobrogum requirat, eosq; si possit, impellat ad societatem belli, existimans publice, priuatimq; ære alieno oppressos: præterea quod natura Gallica gēs \*Galli natu  
bellicosa esset, facile eos ad tale consilium adduci posse. Vmbrenus quod in Gallia negotiatus erat, pleris olim Romæ  
que principibus ciuitatum notus erat, atq; eos noue equites exer  
rat. Itaq; sine mora ubi primum legatos in foro con  
cepit, percontatus pauca de statu ciuitatis, et quasi  
dolēs eius casum, coepit requirere, quem exitum tan  
tis malis sperarent. Postquam illos uidet queri de au  
xilia magistratuū, accusare Senatum, quod in eo au  
xiliū nihil esset, miserijs suis remedium, mortem expe  
ctare. At ego, inquit, uobis, si modo viri esse multis, mors.  
rationē ostendam, qua tāta ista mala effugiatis. Hæc  
ubi dixit, Allobroges in maximā spem adducti, Vm  
brenum orare, ut sui misereretur, nihil tam aspe  
rum, neque tam difficile esse, quod non cupidissime  
facturi essent, dum ea res ciuitatem ære alieno libe  
raret. Ille eos in domum D. Brutii perducit, quod fo  
go propinqua erat, neq; aliena consilij propter Sema  
proniam. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Præ  
terea Gabiniū accersit, quo maior authoritas ser  
moni

moni inesset. Eo præsente coniurationem dperit, nominat socios. Præterea multos cuiusq; generis innoxios, quo legatis animus amplior esset. Deinde eos pollicitos operam suam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere, quid nam cōsilijs caperent. In altera parte erat æs alienū, studiū belli, magna merces in spe uictoriæ: at in altera maiores opes, tutæ consilia, pro incerta spe certa præmia. Hæc illis uoluentibus tandem, uicit fortuna Reip. Ita Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimū ciuitas utebatur, rē omnem uti cognouerant, aperiūt. Cicero per Sangā consilio cognito, legatis præcepit, ut studium coniurationis uehementer simulent, cæteros adeant, bene policeantur, dentq; operam, uti eos quāmmaxime manifestos habeant: ijsdem ferè temporibus, in Gallia citeriore, atq; ulteriore, item in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Namq; illi, quos ante Catilina dimiserat, inconsulte, ac ueluti per dcmētiam, cuncta simul agebant nocturnis consilijs, armorum, atq; telorū portationibus, festinando, agitando oīa, plus timoris, q̄ periculi effecerant. Ex eo numero cōplures Q. Metellus Celer prætor, ex S. consulto, cognita caussa, in uincula conicerat. Item in citeriore Gallia C. Murena, qui ei prouinciæ legatus præerat.

Consilia per  
dendæ urbis  
& inferendi  
belli.

At Romæ Lētulus cū cæteris, qui erāt coniuratiōis tu uenisset, L. Bestia Tri. Ple. concione habita, queretur

reretur de actionibus Ciceronis, belliq; grauiissimi in  
uidiā optimo consuli imponcret. Eo signo, proxima  
nocte, cætera multitudo coniurationis suū quisq; ne-  
gotium exequeretur, sed ea diuisa hoc modo dicebās \*Munia con-  
tur. Statilius et Gabinius uti cū magna manu, duodecim iuratorum.  
cum simul opportuna loca urbis incenderent, quo tu  
multu facilior aditus ad consulē, cæterosq; quibus in-  
sidiae parabantur, fieret. Cethagus Ciceronis ianuam  
obsideret, eumq; ui aggrederetur. Alius aut̄ aliū. Sed  
filiij familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars  
erat, parentes interficerent, simul cæde, & incendio  
percussis omnibus, ad Catilinā crūperent. Inter hæc  
parata, atq; decreta, Cethagus semper querebatur  
de ignauia sociorū, illos dubitando, & dies prolatā-  
do, magnas opportunitates corrumpere, facto non  
consulto in tali periculo opus esse, seq; si pauci adi-  
uarent, languentibus alijs, impetum in curiam factus  
rum. Natura ferox, uehemens, manu promptus erat.  
Maximum bonum in celeritate putabat. Sed Allobro-  
ges ex præcepto Ciceronis per Gabiniū cæteros  
conueniunt, ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cas-  
sio postulant iusurandum, quod signatum ad Ciues  
perferant, aliter haud facile eos ad tantum negotiū  
impelli posse. Cæteri nihil suspicantes dant. Cassius Id est, nisi illi  
sem̄t eō uenturum breui pollicetur, ac paulo ante le sent rem ces-  
gatos, ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his Titū tam esse.  
Vulturium quendam Crotoniensem mittit, ut Allo-  
broges, priusquam domum pergerent, cum Catilina,  
data

data atque accepta fide, societatem confirmarent.  
Ipse Vulturtio literas ad Catilinam dat, quarum  
exemplum infra scriptum est.

**Q**ui sim, co quem ad te misi cognosces, fac  
cogites in quanta calamitate sis, et memi-  
neris te uirum esse. Consyderes quid tue po-  
stulent rationes. Auxilium petas ab omnibus, etiam  
ab infimis. Ad hæc mandata uerbis dat, cum ab sena-

Voluit enim tu hostis iudicatus fit, quo consilio seruitia repus-  
ciuum caus- diet. In urbe parata esse quæ iusserat, ne cunctetur  
sam uideri, quā agerēt, ipse propius accedere. His rebus ita actis, constitutus  
proinde cū ta nocte, qua proficerentur, Cicero per legatos  
seruis coīcan cuncta edocitus, L. Valerio Flacco, et C. Prompti-  
da nō uideba tur, q̄ res mi- nio prætoribus imperat, ut in ponte Milvio per insi-  
nus suspecta dias Allobrogum comitatus deprehendant. Rem os-  
effet.

\*Allobrges mnem aperit, cuius gratia mittebantur. Cætera utr-  
per insidias facto opus fit, ita agant, permittit illis homines milis-  
capti.

tares, sine tumultu præsidij collocatis, sicuti præce-  
ptum erat, occulte pontem obfident. Postquam ad id  
loci legati cum Vulturtio uenerunt, et simul utrin-  
que clamor exortus est, Galli cito cognito consilio,  
sine mora prætoribus se tradunt. Vulturtius primo  
cohortatus cæteros, gladio se à multitudine defen-  
dit, deinde ubi à legatis desertus est, multa prius de  
salute sua Promptinium obtestatus, quod ei notus  
erat, postremo timidus, ac uitæ diffidens, uelut hosti-  
bus se se prætoribus dedit. Quibus rebus confectis,  
omnia propere per nuncios consuli declarantur. At  
illum

illū ingens cura, atq; lētitia simul occupauere. Nam  
lētabatur intelligens, coniuratione patefacta, ciuita-  
tem periculis erēptam esse. Porro autē anxius erat, Futurum ut  
dubitans in maximo scelere tantis ciuib⁹ deprehen- se magna in  
sis, quid fact⁹ opus esset, pœnam illorum sibi oneri, uidia onera-  
ret si de tan-  
impunitatem perdundæ Reip. fore credebat. Igitur tis ciuib⁹ sum  
confirmato animo uocari ad seſe iubet Lentulum, Cc pfisſet suppli-  
thegum, Statilium, Gabinium, itemq; Q. Ceparium ciū : id qd &  
Terracinensem, qui in Apuliam ad concitanda serui postea con-  
tia proficiſci parabat, cæteri ſine mora ueniunt. Ce- ſul Piso pro-  
parius paulo ante domo egressus, cognito indicio, ex scripto Cice-  
urbe profugerat. Consul Lentulum, quod prætor rone interro-  
erat, ipſe manu tenens in Senatum perducit. Reliꝝ gat⁹ ſniam.  
quos cum custodibus in ædem Concordiæ uenire iu- respondit, ſi  
bet, eò Senatum aduocat, magnaq; frequentia eius or bi nimiū cru-  
dinis, Vulturtium cum legatis introducit. Flaccum delem uideri  
prætorem ſcrinium cum literis, quas à legatis acceſ- in ciues.  
perat, eódem afferre iubet. Vulturtius interrogatus  
de itinere & de literis, poſtremo quid, aut qua de  
cauſa consili⁹ habuiffet. Primo fingere, alia diſſimula-  
re de coniuratione: poſt, ubi fide publica dicere iuf- Fide publica  
ſus eſt, omnia uti geſta erant, aperit: docetq; ſe pau- dicere, mit  
cis ante dicbus à Gabinio, & Cepario ſocium acci- geleit.  
tum, nihil amplius ſcire, quam legatos, tantummodo  
audire ſolitum, ex Gabinio, P. Antonium, Seruium  
Syllam, L. Vargunteium, multos præterea in ea con-  
iuratione eſſe. Eadem Galli fatentur. At Lentulum  
diſſimulantem coarguunt, præter literas ſermonis  
C bus, quos

bus, quos ille habere solitus erat ex libris Sybillinis, regnum Romæ tribus Cornelij portendi, Cinnam atq; Syllam antea, se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri. Præterea ab incenso Capitolio, illum esse xx. annū, quem sæpe ex prodigijs Aruspices respon dissent bello ciuili cruentū fore. Igitur perfectis lite

**Signa sua.** i. ris cum prius omnes signa sua cognouissent, Senatus sigilla.

\***Coniurati** decreuit, uti abdicato magistratu Lētulus, itemq; cæ coniunctur teri in liberis custodijs haberetur, itaq; Lētu. P. Len in carcerē.

tulo Spintheri, qui tū ædilis erat, Cethegus Quinto

Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso,

Ceparius (nam is paulo ante ex fuga retractus erat)

Gn. Terentio senatori traduntur. Interea plebs cōiu

ratione patefacta, quæ primo cupida nouarum rerū

bello nimis fauebat, mutata mente, Catilinæ consilia

execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, ueluti ex ser-

uitute erepta, gaudiū atq; lætitiam agitabat. Namq;

alia belli facinora, prædæ magis, quam detimento

fore. Incendiu uero crudele, immoderatū, ac sibi ma-

xime calamitosum putabat, quippe cui omnes copiæ

in usu quotidiano, et cultu corporis erant. Post eum

diem quidā Lucius Tarquinius ad senatū adductus

erat, quem ad Catilinam proficiscentem retractum

ex itinere aiebant. Is cū se diceret indicaturū de con-

iuratione, si fides publica data esset, iussus à consule,

quæ sciret edicere, eadē ferè, quæ Vulturius, de pa-

ratis incendijs, de cæde bonorum, de itinere hostium

senatum edocet. Præterea se missum à Mar. Crasso,

qui

qui Catilinæ nunciaret, ne eū Lentulus, & Cethegus  
alijq; de coniuratione deprehensi terreret. Eoq; ma-  
gis properaret ad urbem accedere, quò cæterorum  
animos reficeret, et illi facilius è periculo eriperens-  
tur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominauit hominē \*Crassus no-  
nobilem, maximis diuitijs, summa potentia: alij rem <sup>minatus in-</sup>  
<sup>ter coniura-</sup>  
incredibilē rati, pars, tametsi uerū existimabant, tas-  
tos.  
men quia in tali tempore tanta uis hominis magis le-  
niunda, quam exagitanda uidebatur, plæriq; Cras-  
so ex priuatis negotijs obnoxij, conclamant indi-  
cem falsum esse, deq; ea re postulant, uti referatur. Ut referatur  
Itaq;, consulente Cicerone, frequens senatus decre-  
uit, Tarquinij indicium falsum uideri, eumq; in uin-  
culis retinendum, neq; amplius potestatem sui facun pro uero de-  
dam faciundi, nisi de eo indicaret, cuius consilio tan-  
tam rem esset mentitus. Erant eo tempore, qui exis-  
timarent indicium illud à P. Antonio machinatum,  
quo facilius appellato Crasso per societatem pericu-  
li, reliquos illius potentia tegeret. Alij Tarquinii-  
um immissum à Cic. aiebant, ne crassus more suo su-  
cepto malorum + patrocinio Rempub. conturbaret. +patrocinis  
Ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui, tan-  
tam illam contumeliam sibi à Cic. paratam. Sed ijsdē  
temporibus Qu. Catulus, et Gn. Piso neq; precibus  
neq; gratia, neque precio Cicer. impellere potuere,  
uti per Allobrogos, aut per aliū indicem C. Cæ-  
sar falso nominaretur. Namq; uterq; graues inimici <sup>\*Inimicitiae</sup> Catuli & Pi-  
tias cum illo exercebant. Piso oppugnatus in iudi-  
sonis cum  
Cæfare.

cio pecuniarum repetundarum, propter cuiusdam  
Transpadani supplicium iniustum. Catulus ex peti-  
tione p̄tificatus odio incensus, quod extrema æta-  
te maximis honoribus usus, ab adolescentulo Cæsare  
uictus discesserat. Res autem opportuna uidebatur,  
Simile uero quod is priuatim egregia liberalitate, publice maxi-  
configi pos mis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed ubi  
se qd in ma gno ære esset consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi  
C. Cæsar. sigillatim circumuendo, atque ementiendo, quæ se  
ex Vulturtio, aut Allobrogibus audisse dicerent, ma-  
gnam illi inuidiam conflauerant, usque adeo, ut non  
nulli equites Rom. qui præsidij caussa cū telis erant,  
circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine,  
seu animi mobilitate impulsi, quo studium suum in  
Rep. clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gla-  
dio minitarentur. Dum hæc in Senatu aguntur, &  
dum legatis Allobrogum, & Tito Vulturtio, cōpro  
Qui ex ser bato eorum indicio, præmia decernuntur, Libertini  
uis manumis si sunt, Liber & pauci ex cliētibus Lentuli, diuersi itineribus op̄i-  
tini dicūtur. fices, atque seruitia in uicis ad eum eripiendum so-  
licitabant. Partim exquirebant duces multitudi-  
num, qui precio Rempub. uexare soliti erant. Ces-  
thesus autem per nuntios, familiam, atque libertos  
suos electos, & exercitatos orabat in audaciam, ut  
grege facto cum telis ad se se irrumperent. Consul  
ubi ea parari cognouit, dispositis præsidij, uti res  
atq; tempus monebat, conuocato Senatu refert, quid  
de his fieri placeat, qui in custodiam traditi erant.  
Sed

Sed eos paulo ante frequens Senatus iudicauerat cōtra Remp. fecisse. Tunc D. Iunius Syllanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designa<sup>\*</sup> Morē rogātus erat, de his qui in custodijs tenebantur, et prae<sup>dariū senten-</sup> tiarū. Vide terea de L. Caſſio, P. Furio, P. Vmbreno, Qu. Annio, in Gel.li.4. si deprehēſi forent, supplicium sumendum decreues cap.10. rat. Isque poſtea permotus oratione C. Cæſaris, pe<sup>Id est, se sim-</sup> pliciter pro- dibus in sententiam Tiberij Neronis iturum se dixe baturum sen- rat, quod de ea re, præſidijs additis, referendum eſtentiam. ſe cēſuerat. Sed Cæſar, ubi ad eum uentū eſt, rogatus à conſule ſententiā, huiuscemodi uerba locutus eſt.

## CAESARIS ORATIO.

**O**Mnes homines. P. C. qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitia, ira atque misericor<sup>Inſinuatio</sup> dia uacuos eſſe decet. Haud facile animus uerum pro ſpicionem cōuidet, ubi illa officiunt, neque quisquam omnium li<sup>cceptam de ſe</sup> purgat, et ad bidini ſimul et uſui paruit: ubi intenderis, ingenium equitatē iudiualet, ſi libido poſſidet, ea dominatur, animus nihil ua<sup>deflectit.</sup> cum animos lct. Magna mihi copia eſt memorandi. P. C. qui re<sup>\*Odio & a-</sup> ges, aut qui populi, ira aut misericordia impulſi, ma<sup>micitia uaca</sup> le consuluerunt. Sed ea malo dicere, quæ maiores no<sup>re debēt qui</sup> ſtri contra libidinem animi ſui, recte atque ordine fe<sup>de rebus du-</sup> cere. Bello Macedonico, quod cum rege Perſe geffi- dijs consultum eſt, maiores nostri ne quis diuitiarū magis, quam iniuriæ cauſa bellum incepturn diceret,

C iij impus

Ab oxydyl  
ad fundum  
Smaragd

\* Ita impunitos eos dimiserunt. + Item bellis Punicis o-  
mnibus, cum saepe Carthaginenses in pace, & per in-  
ducias multa nefaria facinora fecissent, nūquam ipsi  
per occasionem talia fecere, magis, quid se dignum  
foret, quam quod in illos iure fieri posset, quære-  
bant. Hoc item uobis prouidendum est. P.C. ne plus  
**Propositio.** apud uos ualeat P. Lentuli, & cæterorū scelus, quā  
uestra dignitas, nēue magis ira uestræ cōsulatis, quā  
famæ. Nam si digna poena pro factis eorū reperi-  
tur, nouum consilium approbo. Sin magnitudo sce-  
leris omnium ingenia exuperat, his utendum censeo  
**Schema quo** eleuat autho quæ legibus cōparata sunt. Pleriq; eorum, qui ante  
ritatem alio me sentētias dixerunt, cōposite ac magnifice casum  
rum, qui cō- Reip. miserati sunt, quæ belli sœvitiae esset, quæ uictis  
tra coniura- eos dixerant acciderent, enumerauere: rapi uirgines, pueros, di-  
sententias li uelli liberos à cōplexu parētum, matres familiarum  
beriores. pati, quæ uictoribus collibuissernt, Phana, atq; domos  
spoliari, cædem, incendia fieri. Postremo armis, ca-  
daueribus, cruento atque luctu omnia compleri. Sed  
per deos immortales, quò illa oratio pertinuit, an  
ut uos infestos coniurationi faceret? scilicet quem  
res tanta, atque tam atrox non permouit, eum ora-  
tio accenderet? non ita est, neque cuiquam mor-  
\* Cuiq; gra- ues uidentur talium iniuriæ suæ paruæ uidentur, multi eas gra-  
suæ iniuriæ. uius æquo habuere. Sed alijs alia licentia est. P.C.  
Primum ar- qui demissi in obscuro uitam agunt, si quid iracūdia  
gumētum à decoro perso deliquerere, pauci sciunt, fama atq; fortuna eorum pa-  
ne, uos qui res sunt; qui magno imperio prædicti, in excelsō aetas  
in imperio, tens

tem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita etiam iusta  
in maxima fortuna minima licentia est, neque stude<sup>s</sup> pœnam tem  
re, neque odisse, sed minime irasci decet. Quæ apud perare con-  
+ alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atq; delitas esse  
cruelitas appellatur. Evidem ego sic existimo. P. uideatur, po-  
tius quā pœ.  
C. omnes cruciatus minores, quam facinora aliorum na-

esse. Sed pleriq; mortales postrema meminere, & tillos.

in hominibus impijs sceleris eorum oblii<sup>t</sup>, differunt  
de pœna, si ea paulo sœuior fuerit. D. Syllanum ui-  
rum fortem atque strenuum certe scio, que dixes-  
rit, studio Reip. dixisse, neq; illum in tanta re gra-  
tiam, aut inimicitias exercere, eos mores, eamq; mos-  
destiam uiri cognoui. Verū sententia eius nō uidetur  
mihi crudelis. Quid enim in tales hoīes crudele fies-  
ri potest? sed aliena à Republica nostra uidetur.  
Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit Sylla  
ne consulem designatum, genus pœnæ nouum decer-  
nere. De timore autem superuacaneū est differere,  
cum præsertim diligentia clarissimi uiri consulis tan-  
ta sint præsidia in armis. De pœna possum equidem A cōditione  
dicere, id quod res habet, in luctu atq; miserijs, mor pœnæ q. d.  
tem ærumnarum requiem, non cruciatum esse, eam qd uti hoc  
cuncta mortalium mala dissoluere, ultra neq; curæ, nolint, nō cō  
veq; gaudio locū esse. Sed per Deos immortales quā iurorum  
obrē in sententiā non addidisti, uti prius uerberibus caussa sed rei  
in eos animaduerteretur? an quia lex Portia uctat, nolunt.  
aut aliæ leges? Item condemnatis ciuibus non ani- \*Mors oīa  
mam eripi, sed exilium permitti iubent. An quia gra mortaliūma  
la dissoluit.

• Siue Rō- uius est uerberari quā necari? Quid aut acerbū aut manū uerbe tib⁹ nō cēdi.

nimis graue est in homines tanti facinoris conui-  
ctos? Sin quia leuius est, qui conuenit in minori ne-  
gotio legem timere, cum eam in maiori neglexeris?  
At enim quis reprehendet, id quod in paricidas Rei  
pub. decretum crit? tempus, dies, fortuna, cuius libi-  
do gentibus moderatur, illis merito accidet quicquid  
euenerit. Cæterum uos Patres. C. quid in alios status

A consequē- tis, consyderate. Omnia mala exempla, ex bonis ini-  
tibus.

tijs orta sunt. Sed ubi imperium, ad ignaros ciues,  
aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum  
ab dignis & idoneis, ad indignos & non idoneos  
transfertur. Lacedæmonij deuictis Atheniensibus  
triginta uiros imposuere, qui Remp. eorum tracta-  
rent. Hi primo cœpere pessimum quenque, & omni-  
bus inuisum indemnatum necare. Ea populus læta-  
ri, merito dicere fieri. Post ubi licentia paulatim cre-  
uit, iuxta bonos & malos libidinose interficere, cæ-  
teros metu terrere. Ita ciuitas seruitute oppressa,

Aliud exem stultæ lætitiae graues poenas dedit. Nostra memoria  
plum.

• Damasipp⁹ uictor Sylla, cum Damasippum & alios huiuscemo-  
di, qui malo Reip. creuerant iugulari iussit. Quis nō  
factū eius laudabat? homines scelestos & factiosos,

qui seditionibus Remp. exagitauerant, merito neca-  
tos aiebant. Sed ea res, magnæ initium cladis fuit.  
Nam uti quisque, aut domum aut uillam, postremo  
uas, aut uestimentum alicuius concipiuerat, dabat  
operam, ut is in proscriptorū numero esset. Ita illi,  
quibus

quibus Damasippi mors l<sup>e</sup>titiæ fuerat, paulo post  
ipsi trahebantur, neque prius iugulandi finis fuit,  
quam Sylla omnes suos diuitijs expleuit. Atque ego  
hoc nō in M. Tullio, neq; his temporibus uereor, sed Occupatio.  
in magna ciuitate multa & uaria ingenia sunt. Po-  
test alio tempore, alio consule, cui item exercitus in  
manu sit, aliquid falsum pro uero credi, ubi hoc exē-  
plo per Senatus decretum, consul gladium eduxerit,  
quis illi finem statuet? aut quis moderabitur? Maio- A maiorum  
res nostri Patres. C. neq; consilijs, neq; audaciæ un- exemplo.  
quam eguere: neq; illis superbia obstabat, quo minus  
aliena instituta, si modo proba erant, imitarētur. Ar \*Arma à Sa-  
ma atq; tela militaria ab Samnitibus, insignia magi- mnitibus, in  
stratum, à Thuscis pleraq; sumptscrunt. Postremo signia magi-  
quod ubiq; apud socios aut hostes idoneum uideba- stratum à  
tur, cum summo studio domi exequebātur. Imitari, de Liuiū &  
quam inuidere bonis malebant. Sed eodem illo tem- Valeriū Ma-  
pore Græciæ morem imitati, uerberibus animaduer- ximum.  
tebant in ciues, de cōdemnatis summum supplicium  
sumebant. Postquam Resp. adoleuit, & multitudine  
ciuium factiones ualueret, circumueniri innocentes,  
alia huiuscemodi fieri cœpere, tūc lex Portia, aliæq;  
leges paratæ sunt, quibus legibus exilium damnatis  
permissum est. Hanc ego caussam. P. C. quo minus Peroratio.  
nouum cōsilia capiamus, in primis magnam puto.  
Profecto uirtus, atq; sapientia maior in illis fuit, qui  
ex paruis opibus tantum imperium fecere, quam in  
nobis, qui ea bene parta uix retinemus. Placet igit Occupatio.

C V tur, eos

tur, eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? Minime. Sed ita censeo, publicandas eorum pecunias, ipsos in uinculis per municipia habendos, que maxime opibus ualent. Ne quis de his postea ad senatum referat, neue cum populo agat. Qui aliter fecerit senatum existimare, eum contra Rempub. et saepe obtinuisse lutem omnium facturum. Postquam Cæsar dicendi ductis ad se finem fecit, cæteri uerbo, aliis alij uarie assentiebantur. At M. Portius Cato rogatus sententiam, huiusc si labente oratione modi habuit orationem.

## ORATIO M. CATONIS.

**L**onge alia mihi mens est P.C. cum res, atq; pericula nostra consydero, et cū sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Illi mihi differuisse uidentur, de poena eorum, qui patriæ, parentibus, aris atq; focis suis bellum parauere. Res autem monet, cauere ab illis magis, quam quid in illos statuamus, consultare. Nam cætera maleficia, tum persequare ubi facta sunt: hoc nisi prouideris, ne accidat, ubi evenit, iudicia frustra implores. Capta urbe, nihil fit reliqui uictis. Sed per Deos immortales uos ego appello, qui semper domos, uillas, signa, tabulas uestras pluris, quam Remp. fecistis, si ista cuiuscunque

Scilicet, quæ modi sint quæ amplexamini, retinere: si uoluptatibus maxime faceretis, si esse boni ciues.

uestris otium præbere uultis, expurgescimini aliquando, et capessite Rempub. Non nunc agitur de uictis galibus, neque de sociorum iniurijs, libertas et anima nostra in dubio est. Sæpen numero, P.C. multa uerba in

ba in hoc ordine feci, saepe de luxuria atq; avaritia  
 nostrorum ciuium questus sum, multosq; mortales  
 ob eam caussam aduersos habeo, qui mihi atque ani-  
 mo meo nullius unquam delicii gratia fecissem, haud \*Gratiam fa-  
 facile alterius libidini malefacta condonabam. Sed ea cere delicti.  
 tametsi uos parui pendebatis, tamen Respubli. firma  
 erat, opulentia negligentiam tolerabat. Nunc uero  
 non id agitur, bonis ne an malis moribus uiuamus,  
 neque quantum, aut quare magnificum imperium  
 Romani populi sit. Sed hæc, cuiuscunque modi uis-  
 dentur, nostra an nobiscum una hostium, futura Reiectio.  
 sint, hic mihi quisquam mansuetudinem, & miseri-  
 cordiam nominat? Iam pridem equidem nos uera uo \*Vitiorum  
 cabula rerum amisimus, quia bona aliena largiri li- quædam spe  
 beralitas, malarum rerum audacia fortitudo uoca- ciosa uoca-  
 tur, eo Respub. in extremo sita est. Sint sanè quoni- Mutatio no-  
 am ita se mores habent, liberales ex sociorum fortu- minis.  
 nis, sint misericordes in furibus ærarij. Ne illi san- Concessio.  
 guinem nostrum largiantur, & dum paucis sceleras-  
 tis parcunt, bonos omneis perditum eant. Bene &  
 cōposite. C. Cæsar paulo ante in hoc ordine de uita Propositio  
 & morte disseruit, credo falsa existimans ea que de rationem  
 inferis memorantur, duxo itinere malos à bonis, sententiæ Cs  
 loca tetra, inculta, fœda atq; formidolosa habere. Ita  
 que censuit pecunias eorū publicandas, ipsos per mu- faris.  
 nicipia in custodijs habendos, uidelicet timens, ne si  
 Romæ sint, aut à popularibus coniurationis, aut à  
 multitudine conducta, per uim eripiantur. Quæsi  
 uero

uero mali, atq; scelesti tantummodo in urbe, & non per totam Italiā sīnt, aut non ibi plus posset audacia, ubi ad defendendum opes minores sūnt. Quare uanum equidem hoc consilium est, si periculum ex ilis metuit, si in tanto omnium metu solus non timet,

**Argumenta** eo magis refert, me mihi, atq; uobis timere. Quare tur p diuersa cūn de P. Lentulo, ceteris q; statuetis, pro certo ha sequētibus. i. betote, uos simul de exercitu Catilinæ, & de omni ab expecta bus coniuratis decernere. Quanto uos attentius ea tione huius agetis, tanto illis animus infirmior erit. Si paululum iudicij.

modo uos languere uiderint, iam omnes feroceſ aderūt. Nolite existimare maiores nostros armis Rēp. ex parua magnam fecisse: si ita res eſſet, multo pulcherrimam eam nos haberemus, quippe ſociorum, atq; ciuium, præterea armorum, atque equorum maior nobis copia, quam illis eſt. Sed alia fuere, que il-

**Tvō μη** Qualē opor los magnos fecere, que nobis nulla ſunt. Domi induſtria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neq; delicto, neq; libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atq; auaritiā, publice egestatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam. Inter bonos & malos nullum diſcriſmen eſt. Omnia uirtutis præmia ambitio poſſidet: ne que mirum, ubi uos ſeparatim ſibi quiſque consilium capiſt, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ ſeruitis. Eo fit, ut impetus fiat in uacuam Rēp.

Sed ego hæc omitto. Coniurauere nobiliſſimi ciues  
etq; à cir patriam incendere, Gallorum gentem infestissimam  
cumstantijs,

Roma

Romano nomini ad bellum accersunt. Dux hostium  
cum exercitu supra caput est: uos cunctamini, etiam  
nunc et dubitatis, quid intra mœnia deprehensis ho-  
stibus faciatis? Misereamini censeo, deliquerere homi-  
nes adolescentuli per ambitionem, atq; etiam arma-  
tos dimittatis. Næ ista uobis mansuetudo, et miseri-  
cordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuer-  
tur. Scilicet res ipsa aspera est, sed uos non timetis Occupatio-  
cam, immo uero maxime. Sed inertia et mollitia ani-  
mi, aliis alium expectantes cunctamini, uidelicet  
Dijs immortalibus confisi, qui hanc Rempu. in maxi-  
mis sepe periculis seruauere. Non uotis neq; suppli-  
cijs muliebribus auxilia deorum parantur: uigilan-  
do, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt. \*Vna cum  
dijs mouen-  
da est man-  
ut in puer-  
bio est.  
γνώμη  
Vbi socordiae te, atque ignaviæ tradideris, ne quicq;  
Deos implores: irati, infestiq; sunt. Apud maiores  
nostros Aulus Manlius Torquatus, bello Gallico fi-  
lium suum, quod is contra Imperium in hostem pu-  
gnauerat, necari iussit, atq; ille egregius adolescens, Ab exemplo  
adeoq; à ma-  
iore.  
immoderatae fortitudinis, morte poenas dedit. Vos uius ab urbe  
de crudelissimis paricidis quid statuatis cunctamini? \*Genutium  
Metium. Li-  
uidelicet cætera uita eorum huic sceleri obstat. Ve-  
rū parcite dignitati Lētuli, si ipse pudicitiae, si fame  
suæ, si Dijs, aut hominibus unq; ullis pepercit. Igno-  
scite Cethegi adolescentiæ, nisi iterum iam patriæ A persona qd  
de eis expe-  
ctandū sit si  
bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Ce-  
pario loquar? quibus si quidquam pensi unquam fuis dimittatur:  
set, non ea consilia de Rep. habuissent. Postremo, P.

C. si

Si Resp. tan C. si me hercle peccato locus esset, facile paterer  
tum malum uos ipsa re corrigi, quoniam uerba mea contemnis  
preferre posset.

tis. Sed undique circumuenti sumus. Catilina cum  
exercitu in fauibus urget. Alij intra moenia, atq; in  
sinu urbis sunt hostes : neque parari neque consuli  
quicquam potest occulte , quo magis properandum  
est. Quare ita censeo, cum nefario consilio scelerato  
rum ciuium Resp. in maxima pericula uenerit, hiq;  
indicio T. Vulturtij, & legatorum Allobrogum con  
uicti, confessi q; sint, cædem, incendia, aliaq; se foeda,  
atque crudelia facinora in ciues, patriam q; paraui  
se, de confessis sicuti de manifestis rerum capitali  
um, more maiorum supplicium sumendum . Post  
quam Cato assedit, consulares omnes, itemq; Sena  
tus magna pars, sententiam eius laudant, uirtutem  
animi ad cœlum ferunt. Alij aliquos increpantes, tia  
midos uocant. Cato Magnus, atque clarus habetur.

Censere pro  
prie Senatus  
uerbū fuit.

Senatus decretum fit, sicut ille censuerat . Sed mihi  
multa legenti, multa q; audienti, quæ populus Roma-

Quod mihi  
argumentū  
erat, uiribus  
non consti  
tutum impe  
disse, cognoueram paruis copijs bella gesta cum opu  
tium.

fecit, forte libuit attendere, quæ res maxime tanta  
negotia sustinuisse. Sciebam sæpen numero Po. Rom.  
parua manu cum magnis legionibus hostium contem  
nere, cognoueram paruis copijs bella gesta cum opu

\*Cū Gallis  
non pro glo  
ria sed salute  
pugnatū est,  
ut in Jugur.

lentis Regibus. Ad hoc sepe fortunæ uiolentiam to  
lerauisse, facundia Græcos, gloria belli Gallos, Ro  
manos ante fuisse. Ac mihi multa agitanti constabat,  
paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patra  
uisse,

nisse, eoq; factum, uti diuitias paupertas, multitudi-<sup>rv̄m</sup>  
nem paucitas superaret. Sed postquam luxu, atque  
desidia ciuitas corrupta est, rursus Respu. magnitu-  
dine sua Imperatorum, atque magistratum uitia su-  
stentabat. Ac ueluti effeta parentum multis tempes-  
statibus, haud sanè quisquam Romæ uirtute magnus  
fuit. Sed mea memoria ingenti uirtute, diuersis mo-  
ribus fuere duo uiri M. Cato, & C. Cæsar, quos  
quoniam res obtulerat, silentio præterire non fuit  
consilium, quin utriusq; naturam & mores, quantum  
ingenio possem, aperirem.

COMPARATIO M. CA-  
tonis, & C. Cæsaris.

**I**gitur his genus, ætas, eloquentia propè æqualia  
fucre. Magnitudo animi par, item gloria, sed alia  
alijs. Cæsar beneficijs, ac munificentia magnus habe-  
batur, integritate uitæ Cato. Ille mansuetudine, &  
misericordia clarus factus est, huic seueritas dignita-  
tem addiderat. Cæsar dando, subleuando, ignoscen-  
do, Cato nihil largiendo gloriam adeptus est. In alte-  
ro miseriis profugium erat, in altero malis pernities.  
Illijs facilitas, huius cōstantia laudabatur. Postremo  
Cæsar in animū induxerat, laborare, uigilare nego-  
tijs amicorum intentus, sua negligere, nihil denega-  
re, quod dono dignum esset, sibi magnum imperium,  
exercitum, nouum bellum exoptabat, ubi uirtus eius  
enitecere posset. At Catoni studium modestie, & de-  
coris, sed maxime seueritatis erat. Non diuitijs cum Catone,  
diuite

diuite, nec factione cum factioso, sed cū strenuo uirute, cum modesto pudore, cum innocentia abstinentia certabat: esse, quām uideri bonus malebat. Itaq; quo minus gloriam petebat, eo magis illam adsequebatur. Postquām, uti dixi, Senatus in Catonis sententiam discessit, Consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante capere, ne quid eo spatio nouaretur. Triumuiros quæ ad supplicium postulabat, parare iubet. Ipse dispositis præsidijs, Lentulum in carcерem deducit, cæteris idem fit per prætores. Est locus in carce, quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad leuam circiter xij. pedes humili depresso, eum muniunt undique parietes, atq; insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris, odore fœda, atq; terribilis eius facies est. In eum locum postquam demissus est Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laetulo frā- queo gulam fregere. Ita ille Patritius ex gente clarissima Corneliorum, qui consulare Imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factisq; suis exitium uitæ inuenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario codem modo supplicium sumptum est.

**D**um ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quā & ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones instituit, cohortes pro numero militū complet. Deinde, ut quisq; uoluntarius, aut ex socijs in castra uenerat, æqualiter distribuerat, ac brevi spatio legiones numero hominum compleuerat, cū initio

rvōm.  
• Esse quā uideri bonus malebat.

\*Tullianum

\*Lētulo frā-  
gitur gula la-  
queo.

initio duobus non amplius milibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri ut quenq; casus armauerat, sparsos, aut lanceas, alijs præacutas fudes portabant. Sed postquam Antonius aduentabat cum exercitu, Catilina per montes iter facere, modo ad urbem, modo Galliam uersus castra mouere, hostibus occasionem pugnandi non dare: sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socij incepta patrauis sent. Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus cōiurationis frētus, simul alienum suis rationibus existimans uideri, caussam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse. Sed postquam in castra nuncius peruenit, Romæ coniurationem patefactam, de Lentulo & Cethego, ceterisq; quos supra memorauit, supplicium sumptum, plerique quos ad bellum spes rapinarum, aut nouarum rerum studium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem adducit: eo consilio, uti per tristes occulte perfugerent in Galliam transalpinam. At Qu. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter eius ex profugis cognouit, castra pro pere mouit, ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno

D exercitus

exercitu locis æquioribus expeditos in fugam seque  
retur. Sed Catilina, postquam uidet montibus, atq; co-  
pijs hostium se clausum in urbe res aduersas, neq; fui-  
gæ, neq; præsidij ullam spem, optimū factu ratus, in  
tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio  
quam primum configere. Itaq; concione aduocata,  
huiuscemodi orationem habuit.

## ORATIO CATILINAE.

Insinuatio à  
causa cur pu-  
tauerit ad-  
hortādos.

**C**ompertum habeo milites, uerba uirtutem nō  
addere, neq; ex ignauo strenuum, neq; fortem  
ex timido exercitum Imperatoris oratione fieri,  
quanta cuiusq; animo audacia natura, aut moribus  
inest, tanta in bello patere solet. Quem neq; gloria,  
neq; pericula excitant, ne quicquam hortere, timor  
animi auribus officit. Sed ego uos quo pauca mone-  
rem aduocaui, simul uti causam mei confilij aperire.

Narratio. Scitis equidem milites socordia, atq; ignauia Lentu-  
li quantam ipsi, nobisq; cladem attulerit, quoq; mo-  
do dum ex Vrbe præsidia operior, in Galliam profi-  
cisci nequiuerim. Nūc uero quo loco res nostræ sint,  
iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium

Propositio. duo, unus ab Vrbe, alter à Gallia obstant. Diutius in  
his locis esse, si animus maxime ferat, frumenti atq;  
aliarum rerum egestas prohibet, quocunq; ire plaz-  
zet, ferro iter aperiendum est. Quapropter uos mo-  
neo, uti forti, atq; parato animo sitis, & cum præliū  
inibitis, memineritis uos diuitias, decus, gloriam, præ-  
terea libertatem, atq; patriā in dextris uestris por-  
tare

tare. Si uincimus, omnia nobis tutu*cruunt*, cōmeatus Cōfirmatio<sup>r</sup>  
abunde, municipia, atq; Coloniæ patebunt. Si metu*Contentio.*  
cesserimus, eadem illa aduersa fient, neq; locus, neq;  
amicus quisquam teget, quem arma non texerint.  
Præterea milites, non eadem nobis, et illis necessi<sup>t</sup>  
tudo impendet, nos pro patria, pro libertate, pro A causa pu<sup>r</sup>  
uita certamus. Illis superuacaneum est pugnare pro gnandi.  
potentia paucorum: quo audacius aggredimini, me<sup>s</sup>  
mores pristinæ uirtutis: licuit nobis cum summa A decoro.  
turpitudine in exilio ætatem agere. Potuistis non= nulli Romæ amissis bonis alienas opes spectare, quia illa fœda, atque intoleranda uiris uidebantur, hæc sequi decreuistis, si hæc relinquere uultis, audacia opus est. Nemo nisi uictor pace bellum mutauit. Durat bellū Nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus cor= donec ui<sup>r</sup> cerit.  
pus tegitur, ab hoste auerteris, ea uero dementia est. Semper in prælio ijs est maximum periculum, Epilogus.  
qui maxime timent, audacia pro muro habetur. \*Audaces Cum uos consydero milites, et cum facta uestra em̄ fortuna estimo, magna me spes uictoriae tenet, animus, & iuuat. Ab occaſione.  
tas, uirtus uestra me hortantur. Præterea necessi<sup>t</sup>  
tudo, que etiam timidos fortes facit. Nam multitus do hostium, ne nos circumuenire queat, prohibit angustiæ loci. Quod si uirtuti uestræ fortuna inuidet, cauete ne inulti animam amittatis, neu capti Verba despe sicuti pecora potius trucidemini, quā uirorum mo<sup>r</sup>antis.  
re pugnantes, cruentam atq; cunctuosa uictoriā hostibus relinquatis.

D ij H AEC

**H**AEC ubi dixit, paululum commoratus signa canere iubet, atq; instructos ordines in locū æquum deducit. Deinde remotis omnium equis quo militibus ex aequato periculo animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco, atque copijs instruit. Nam uti planicies erat inter sinistros montes, & ab dextera rupe aspera, octo cohortes in fronte constituit. Reliquorum signa in subsidijs arctius colligat, ab his centuriones omneis lectos & euocatos.

Præterea ex gregarijs militibus, optimum quenque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in detra, Fesulanum quendam in sinistra parte curare iubet. Ipse cum liberis, & colonis propter Aquila, antiquus lam assistit, quam bello Cymbrico C. Marius in exercitus loquendi citu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. An-

tonius pedibus æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumultus caussa conscripserat in fronte, post eas cæterū exercitum in subsidijs locat. Ipse equo circumicns, unumquenque nominans, adspellat, hortatur, rogat, ut meminerint se cōtra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atq; focis suis certare. Homo militaris, quod amplius xxx. annis tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, plærosque ipsos factaq; eorum fortia nouerat, ea commemorando militū animos accendebat. Sed ubi omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signū dat, cohortes paulatim inces-

Hoc factum  
est ex discipli-  
na militari  
Romana,  
qua pericli-  
tante pedite  
solebat opē  
ferre eques  
relictis eqs.

Proter aqui-  
la, antiquus

tim incedere iubet, idem facit hostium exercitus.  
Postquam eò uentum est, unde à ferentarijs præliū \*Ferentarij.  
committi posset, maximo clamore infestis signis utri  
que concurrunt, pila omittunt, gladijs res agitur.  
Veterani pristinæ uirtutis memores, cominus acris-  
ter instare. Illi haud timidi resistunt, maxima ui certa-  
tatur. Interea Catilina cū exeditis militibus in pri-  
ma acie uersari, laborantibus succurrere, integrros  
pro saucijs arcessere, omnia prouidere, multum ipse  
pugnare, sepe hostem ferire: strenui militis, & boni  
imperatoris officia simul exequebatur. Petreius, ubi  
uidet Catilinam contra, ac ratus erat, magna ui con-  
tendere, cohortem prætoriam in medios hostes in-  
ducit, eosq; perturbatos, atq; alios alibi resistentes <sup>Prætoriani</sup> milites die  
redlichen.  
interficit. Deinde utrinque ex lateribus cæteros ag-  
greditur. Manlius & Fesulanus in primis pugnan-  
tes cadunt. Postquam fusas copias, seq; cum paucis  
relictum uidet Catilina memor generis atque pristi-  
ne suæ dignitatis, in confertissimos hostes incurrit, Catilina cō-  
ibiq; pugnans confoditur. Sed confecto prælio, tum foditur.  
uero cerneret quanta audacia, quantaque uis animi  
fuisset in exercitu Catiline. Nam ferè quem quisque  
pugnando locum uiuus ceperat, eum amissa anima  
corpore tegebatur. Pauci autem, quos medios cohors  
prætoria disiecerat, paulo diuersius iacebant. Sed  
omnes tamen aduersis vulneribus conciderant. Cati-  
lina uero longe à suis inter hostium cadauera reper-  
tus est, paululum adhuc etiam spirans, ferociamq;  
Nemo habe-  
bat fugientis  
indictum.

D iij animi,

animi, quam habuerat uiuus, in uultu retinens. Pos  
stremo ex omni copia, neq; in prælio, neq; in fuga,  
quisquam ciuis ingenuus captus est, ita cuncti suæ,  
hostiumq; uitæ iuxta pepercérant. Neq; tamen exer  
citus Po. Ro. lætam, aut incruentam uictoriam ades  
Ut nemo ca- ptus erat, nam strenuissimus quisq;, aut occiderat in  
peretur ciuis prælio, aut grauiter vulneratus discesserat. Multi  
ingenuus. autem, qui ex castris sisendi, aut spoliandi gratia  
processerant, uoluentes hostilia cadauera, amicum  
alij, pars hospitem, aut cognatum reperiebant. Fue  
re itē qui inimicos suos cognoscerent, ita uarie per  
omnem exercitum lætitia, mœror, luctus, atq; gau  
dia agitabantur.

F I N I S.

# ÆC CRISPI

## SALVSTII DE BELLO

Iugurthino, Liber.



Theophras-  
tus, nouer-  
cam potius  
quā matrem  
dicebat natu  
ram esse.  
Orditur à lo  
co cōmuni,  
de hominis  
natura, unde  
postea ratio  
nem oī red  
dit.

ALSO queritur de natura sua  
genus humanum, quod imbecilis  
la, atque æui breuis sorte po  
tius, quā uirtute regatur. Nam  
contra reputando, neque maius  
aliud, neque præstabilius inue  
nias, magisq; nature industriam hominum, quam  
uim,